







11  
PROGRAMMA

SUO & AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ NOMINE

AD  
DISPUTATIONEM INAUGURALEM

VIRI GENEROSI ATQVE DOCTISSIMI

DN. EOWALDI JOACHIMI  
AB EICHMAN,

JURIS UTRIUſq; CANDIDATI LONGE DIGNISSIMI,  
DE

ILLICITA JUDICIS  
FESTINATIONE

DIE NOV. ANNO MDCCVIII.

HORIS AC LOCO CONSUVETIS HABENDAM,  
MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM,  
ILLUSTRIS REGIMINIS PROCERES, UTRIUſq;  
REIP. SENATUM, GENEROSAM ET IN SPEM PATRIE  
NATAM STUDIOſÆ JUVENTUTIS CORONAM,  
NEC NON OMNES LITTERARUM ET LITTERATORUM  
FAVTORES, EA, QVA DECET,  
HUMANITATE INVITAT

CASP. MATTH. Müller

SERENISSIMI DUCIS MECKLENB. REGENTIS CONSI-  
LIARIUS CANCELLARIÆ, PROFESS. DUCAL. ORDIN.  
ET AD HUNC ACTUM PRO-DECANUS.

Rostochii, Typis Joh: WEPPLINGII, SERENISS: PRINC.  
& ACAD: Typogr:



PROGRAMMA  
 SUI & AMPLISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE NOMINE  
 AD  
 DEPUTATIONEM INAU-  
 GURALEM  
 VIRI GEMEROSI APTORUM DOCTORUM  
 DR. FRED. ALD. JOACHIMI  
 AB RICHMAN.  
 JURIS UTRIUSQUE CANDIDATI LONGE DICISSIMI  
 DE  
 ILLICITAE JURIS-  
 DICIS DESTINATIONE  
 DIE DOMINICA MENSIS  
 HORIS AC LOCO CONSVETIS HABEBITUR  
 MAGNIFICUM DOMINUM RECTORUM  
 ILLUSTRIS REGIUM PROCEDES. UTRINQUE  
 REIPUBLICAE, GEMEROSI ET HONORABILIS  
 NATAM STUDIOSI JUVENTUTIS CONGREGATIONE  
 NEI NON OMNES LITTERARUM ET ILLIBERARUM  
 PATRONIS, SUI QUA DACET  
 HUMANITATE INVITAT  
 CASP. MATTHER  
 SERENISSIMO DUCI SACCINIAE REGENSIS CONS-  
 LIIARI CANCELLARIE, PROCEDES DUCALIS ORDIN-  
 IS AD HUNC ACTUM PROMDECANUS  
 Kassel: Typogr. W. Erbes, 1818  
 & Acad. Typogr.







J. J.



**Estina lente, Hoc**

consilium judici suppeditat **GE-  
NEROSUS DNUS CAN-  
DIDATUS NOSTER.** Sed  
non satis tutum videtur hoc  
consilium : Unde enim, nisi  
ex lentâ festinatione, oriuntur  
querelæ hodie quotidianæ, lites

fieri immortales, hîrere, sed non expirare. Quæ  
lenta judicis festinatio plurimos à juris sui persecu-  
tione deterret, ut malint reulam habere sine lite,  
quam rem in lite, **CARPZ. P. 1. C. 1. Def. 13.** & macre  
concordium præterant pingui litigio, non sine sui læ-  
sione

X



sione, & impio alterius lucro. Hinc festinanter potius festinandum, quo cuiq; suum tribuatur, nec sub justo quisq; succumbat clypeo: est ea quorundam indoles, ut delectentur litibus, & alium divexandi gratia litem sapius de re minimã moveant, prout de quibusdam opificibus recenset CARPZ. P. 1. C. 1. Def. 9. quod de gallo gallinaceo lis inter eos suborta, quæ in tantum excreverit, ut plaustra actorum inde confecta, hic sane Judex non lentè, sed festinanter festinare debuisset, & pruritus litigandi coërcere. Quid dicam de dilationibus? novi eq;videm, judicem in dandis dilationibus debere esse facilem, sed hoc axioma sapius abutitur judex, nimium indulgendo malitiis litigantium, & lente aliquando progrediendo, ubi festinare debebat. Objicies, cur ergo *illicita* dicitur judicis festinatio? respondetur, in utroq; peccare posse judicem, & nimis lente progrediendo, & nimium festinando, hinc ad circumstantias judici respiciendum, & quantum fieri potest, medium tenendum. Conscripsit hanc de materia, proprio Marte, mihi enim nec verbulum, imò nec comma, aut punctum aliquod debetur, de quo publicè protestor, præsentem Disputationem Inauguralem **GENEROSUS DOMINUS CANDIDATUS NOSTER, DN. EOWALD JOACHIM AB EICHMANN**, in quã quomodo nunc superesse videbatur, quã ut omisso ulteriori præfamine ad rem ipsam accederem, nisi mos hujus Academiæ mihi injungeret, quædam de vita **DNI CANDIDATI præmittere. Lucem is aspexit Colberg.**



bergæ Anno 1685. *Patrem* habet per DEI gratiam  
adhuc superstitem, & cui per plurimos annos peren-  
nem mecum apprecatur felicitatem, VIRUM GE-  
NEROSISSIMUM, atq; JCTISSIMUM, DN. EO-  
WALDUM JOACHIMUM AB EICHMANN  
DOMINUM IN MÜNDESEN, quæ dum nomine, nomi-  
no, quicquid nobilitatis, quicquid virtutis ac erudi-  
tionis in orbe alitur, quod etiam ex officiis ei col-  
latis satis cognoscitur, nam præterea, quod Archi-  
Dicasterii, quod est in Pomerania Borussia, Assessor  
sit gravissimus, Consilarii simul Provincialis, & Con-  
sulis Reipublicæ Colbergensis officio fungitur meri-  
tissime, utinam! diutissimè. *Matrem* habuit ELISA-  
BETHAM FRIDELANDIAM, non tantum ex anti-  
qua Nobili Profapia oriundam, sed propriis etiam vir-  
tutibus sat Nobilem. Ast, quæ est omnium rerum huma-  
narum inconstantia, præmatura HÆC morte abrepta,  
DOMINUM CANDIDATUM NOSTRUM te-  
nerum quidem adhuc, lugentem tamen reliquit. Suc-  
cessit Noverca; sat tristria sane sunt fata, parentes  
amittere *naturales*, de novercâ præsumitur, quod  
male ergâ privignos affecta sit, *L. 4. ff. De inoff. Te-  
stam.* & vulgatum est; *Kriegestu eine Stieff-  
Mutter / so kriegestu auch wohl einen Stieff-Bater;*  
Sed nulla Regula tam firma, quæ non patiatur exce-  
ptionem, & quæ contra novercam militat præsum-  
tio est tantum juris, adeoq; in contrarium admittit  
probationem. Id quod demonstratur, exemplo DOMI-  
NÆ NOVERCÆ DN. CANDIDATI NOSTRI, FILIÆ  
UNICÆ ET DILECTISSIMÆ, DN. CONSILIARII FRIDE-  
RICI



**RICI LIEBEHERRII**, Rostochiensis **NOSTRI**, **REGIS SVECIAE & DUCUM LUNEBURG: CONSILIARIUM ET CONSULIS** summæ laudis, **MATTHÆI LIEBHERRII** Germani filia. Hæc non novercæ li odio, sed vero amoris affectu **DOMINUM CANDIDATUM NOSTRUM** ita persequitur, ut nesciret novercæ, nisi matrem aliquando luxisse tener meminisset: **AVUM** habuit **DN. JOACHIMUM AB EICHMAN**, *J. U. Lt. VIRUM JURIS CONSULTISSIMUM*, & propterea *PROVINCIAE POMERANIAE SYNDICUM DIGNISSIMUM*. Et si ad remotiores ire vellemus, ad *Atavos referendus VIR vere MAGNIFICUS ET EXCELLENTISSIMUS MARTINUS EICHMAN*, *IN AULA WÜRTENBERGICAE CANCELLARIUS*, postea *SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAXONIAE CONSILIARIUS*, *JURISCONSULTUS EMINENTISSIMUS*, *Lux quondam Sveciæ, & Patrii sui orbis, splendida & Prima gloria Electoralis Fori* (utor verbis **JOHANNIS HARPRECHTI, Jcti**, & in *Academia Tubingensi Antecessoris celeberrimi*, quæ in *Dedicatione Commentarii sui de jure Tutelæ & Curæ* videre licet.) Addi potest **EICHARDI CELLII** encomium in **SICHARDI REDIVIVI** Commentario legendum: Hisce tantis majoribus & ex tali generoso sanguine se fatum non immeritò sibi gratulatur **GENEOSUS DOMINUS CANDIDATUS NOSTER**, id quod eo magis quia hi pii & Prudentes Parentes omni curâ in id incubuerunt, ut filium hunc sibi redderent quam simillimum, hoc est, omni virtutibus



virtutis & decoris genere excultum, quem in finem  
non solum privatis Ephoris, inter quos *Dominus*  
MARTINUS BERNHARDI, nunc J. U. L. &  
DICASTERII REGII ADVOCATUS CELEBERRIMUS,  
CANDIDATI NOSTRI *Fautor estimatissimus*, nec  
non *Dominus* SCHRONERUS, nunc LYCEI COL-  
BERGENSIS CONRECTOR, sed & publicis Præcepto-  
ribus, imprimis *Dominis* HOSELIO & LUTKE-  
MANNO, Rectoribus, & DOMINO BUSICHIO,  
LYCEI COLBERGENSIS CONRECTORI FIDELISSIMO  
nunc autem PASTORI AD S. NICOLAI ET GEORGII  
VIGILANTISSIMO, expoliendum tradiderunt, qui-  
bus ducibus eum Litterarum attigit gradum, ut GE-  
NEROSISSIMUS DOMINUS PARENS, pro eâ, quâ in  
studia fertur dulcedine, & pro quâ Viadrina ipsi quon-  
dam Doctorale contulit Diadema, viam ad Acade-  
mica studia felici & amœnissimâ Methodo sternere  
potuerit. His ita jactis fundamentis exterâ quoq;  
Academias invisere placuit, elegit autem hoc no-  
strum Rosetum, in eoq; Doctorem DOMINUM SI-  
BRANDUM ꝑCTUM, & in hâc Alma PROFESSOREM  
MORALIUM ORDINARIUM CELEBERRIMUM, COLLE-  
GAM, FAUTOREM AC COGNATUM NOSTRUM ESTIMA-  
TISSIMUM. Sub cujus fidelissima informatione, de  
quâ non parum sibi gratulatur, intra triennii spatium,  
in tantum profecit, ut AMPLISSIMÆ FACULTATI  
JURIDICÆ nomen suum profiteri, & ut ad exami-  
na consveta admitteretur, petere non dubitaverit:  
Annuit facile AMPLISSIMA FACULTAS JURIDICA,  
nemo enim nisi momus fuerit, negare pote-  
rit



rit, quod raro aliquando exemplo, talem se  
gesserit, ut nemini molestus, studiis e contra in  
totum deditus fuerit, unde nec Fiscum suâ pecuniâ au-  
xit. Mirabar, cum eum opponentem, ut vocant,  
aliquando haberem in Disputatione Inaugurali,  
acumen ingenii, singularem industriam in exami-  
nandis thesibus propositis; Sed hic tandem est  
industriæ effectus: ubi ad consveta examina ad-  
missus, talem se præbuit, cui omnium consensu, pri-  
vilegia Candidatorum conferrentur, & qui ad con-  
scribendam Disputationem Inauguralem admitteretur.  
Qvam cum *DE ILLICITA JUDICIS FESTINATIONE*  
conscriptâ die Nov. publico eruditorum examini  
submittere constituerit, MAGNIFICUM DNUM.  
RECTOREM, ILLUSTRIS REGIMINIS PRO-  
CERES! SPLENDIDISSIMOS, UTRIUSQUE  
REIP. SENATUM GRAVISSIMUM, & quot  
qvot studiis favent, ut præsentia suâ actum hunc  
Inauguralem illustrare velint,  
humanissime  
invi.o.

P. P. d. Novembr. Anno 1708.  
Sub Sigillo Facultatis Ju-  
rid. Rostoch.





Rostock, Diss., 1706-09


X 237 3042

✓ 9 18









# PROGRAMMA

QVO  
SUO & AMPLISSIMÆ FACULTATIS JURIDICÆ NOMINE

AD  
DISPUTATIONEM INAU-  
GURALEM

VIRI GENEROSI ATQVE DOCTISSIMI

1708, 1.  
DN. EOWALDI JOACHIMI

AB EICHMAN,

JURIS UTRIUſq; CANDIDATI LONGE DIGNISSIMI,  
DE

ILLICITA JUDI-  
CIS FESTINATIONE

DIE NOV. ANNO MDCCVIII.

HORIS AC LOCO CONSVETIS HABENDAM,  
MAGNIFICUM DOMINUM RECTOREM,  
ILLUSTRIS REGIMINIS PROCERES, UTRIUſq;  
REIP. SENATUM, GENEROSAM ET IN SPEM PATRIÆ  
NATAM STUDIOſÆ JUVENTUTIS CORONAM,  
NEC NON OMNES LITTERARUM ET LITTERATORUM  
FAVTORES, EA, QVA DECET,  
HUMANITATE INVITAT

CASP. MATTH. Müller

SERENISSIMI DUCIS MECKLENB. REGENTIS CONSI-  
LIARIUS CANCELLARIÆ, PROFESS. DUCAL. ORDIN.  
ET AD HUNC ACTUM PRO-DECANUS.

Rostochii, Typis Joh: WEPPLINGII, SERENISS: PRINC.  
& ACAD: Typogr: